



**Tractatus Exegeticus Ad Librum III. Decretalium Gregorii  
IX. Materiam successionis Testamentariæ, & Legitimæ,  
nec non Parochorum, Regularium, & Patronorum jura,  
aliaque ad rem Liturgicam spectantia ...**

**Scharz, Oddo**

**Salisburgi, 1740**

Titulus XLIII. De Presbytero non baptizato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63798](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63798)

## TITULUS XLIII.

*De Presbytero non baptizato.*

**M**ateriam hujus Tituli compendiо damus. Agitur de Presbytero non Baptizato & Ordinato, & deciditur, talem suscepto Baptismo denuo esse Ordinandum *cap. i.* § 3. b. t. Et recte: Nam, ut ait Pontifex in *cap. 3. b. t.* *Baptismus* est omnium Sacramentorum janua, & fundamentum, & ante susceptionem Baptismi non suscipitur aliud Sacramentum, quoniam, ubi fundamentum non est, superaedificari non potest. In-

terim necesse haud est, ut, qui Sacerdos ordinari petit, prius legitimis probationibus fidem faciat de suscep-  
to Baptismo, sed hoc ipso, quod in-  
ter fideles constanter conversatum, &  
à parentibus Christianis natum esse  
constet, tam violenta præsumptio pro-  
suscepto Baptismo militat, ut, nisi evi-  
dentiissimis argumentis contrarium.  
probetur, pro certitudine habeatur.  
*d. cap. 3. b. t.*

## TITULUS XLIV.

*De Custodia Eucharistiæ, Chrysantis, &  
aliorum Sacramentorum.*

**S**i sancta sancte tractare, eaque in loco decenti reponere  
ipsis quoque Ethnicis religioni fuit, ut discimus ex Ulpia-  
no in *l. 9. §. 2. ff. de R. D.* ubi scribit: *Illud notandum est,*  
*aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus est locus con-*  
*secratus, sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur;* quanto ma-  
gis hæc cura nos tangere debet, qui non fucata sacra cum  
Ethnicis colimus, sed verum DEUM in Sacrementis adora-  
mus: idcirco qualiter & in quo loco S. Eucharistia, Chry-  
sma, ac reliqua Sacra asservari debeant, sub præsentि Ru-  
brica exponitur.

§. Uni-